

In pretensione legati, ut heres teneatur supplere elemosinam, casu quo pro onere adimplendo non sit sufficiens.

Dirige Domine verba mea in viam veritatis, & iustitiae.

Legatum tale est.



Tem volo, statuo, iubeo, ordino, & mando, quod prefati, & infra-  
scripti heredes mei teneantur, & obligati sint celebrari facere per unum  
Cappellatum elligendum per Vener. D. Bernardinum dicti Mona-  
sterij S. Maria de Angelis dicti loci de Legnano Priorem, & per  
D. Priorem domus Misericordia Mediolani, qui per tempora erunt, missam  
unam singulo die Dominico, & singulis diebus festiis de precepto, et missas tres  
singula hebdomada usq; in perpetuum, ultra d. festam, & Dominicam usq; ad  
Cappellam que per me cœpta fuit in d. Ecclesia S. Laurentij sub titulo S. Io.  
Baptista, usq;. Et eidem Cappellano lego, & iudico libras sexaginta imper.  
singulo anno, sibi dandas usq; supra, & uolo, q; omnino dicti, & infrascripti her-  
edes mei praesens legatu adimpleat, et adimpleri faciat, omni remota exceptione.  
Fuitq; istuc heres uniuersalis in dicto testamento domus Misericordia Me-  
diolani oppulentissima hereditatis, cuius redditus singulo anno ad summam  
scutorum quinquecentum auri ascendunt.

Queritur nunc, an uirtute dicti legati teneatur heres supplere elemosinam, cum pro  
temporum uarietate non reperiatur sacerdos qui dictas missas iuxta voluntatem  
testatoris celebret; an uero legatum reduci de beato iuxta elemosinam dicta-  
rum librarum sexaginta.

Omnibus superfluis, oibusq; uerbis dicti legati poteratis, uidetur prima consideratio-  
ne dicendum legatu restringi debere iuxta formam lib. sexaginta ex in fradicendis.  
Totum huius questionis fundamentum colligitur ex clara decisione Borgnini Ca-  
ualcani in indice decisionum suarum in uerbo uerba in dubio potius presumuntur,  
&c. qui Borgninus in legato simili ad fauorem heredis, ita sustinuit hisce ra-  
tionibus motus.

Est enim primaratio per Borgnimum allegata, quod uoluntas testatoris declarata,  
debet omnino adimpleri, ne remoueantur laicis ad benefaciendum locis pjs, ur-  
ibus in dicta decisione allegatis, in secundo premisso: si testator declarauit mer-  
cedem, cum dixerit, Lego, & iudico libras sexaginta, à quibus uerbi non est  
recedendum. 1. ille aut ille. §. cum in uerbo. & l. non aliter. de leg. 3. ergo nullo  
modo eius uoluntas debet alterari.

Secundam rationem afferit Borg. in d. decisione in 3. premisso, ubi declarat quanā  
sint uerba dispositiva taxativa, & uerba demonstrativa executiva; in casu  
nostro, Lego, & iudico libras sexaginta, secundum Borgnimum, sunt uerba di-  
spositiva taxativa, qua non debent alterari, ergo &c.

Aliam

16

(7)

Alium rationem deducit Borgn. in d. de tis. in 4. premisso, quae est. qd quando testa-  
ment. cap. cons. 33. sur mandat celebrari facere tot missas singulo anno per suos heredes, cum ex-  
istens yde de festis i pressa quantitate, heres non tenetur ultra dictam quantitatem soluere, secus si  
dicta quantitas non fuisse expressa, quia iunctum modum, et incommodum  
li. Ab. n. 5. b. Henr spectat ad heredem, iuribus per eum allegatus; in nostro uero casu fuit expressa  
eich. n. 4. Ius. n. 21. 22. quantitas, ergo &c.

+ Jo. And. Ios. Corroborantur predicta per Borgnium allegata unica alia ratione, quia licet uer-  
ba sint clara, qd heres sit obligatus ad soluendum singulo anno libras sexaginta  
tantum, tamen dato, qd essent dubia, tunc talia verba debent interpretari con-  
tra legatarium, quoniam testator in dubio præsumitur minus uelle grauare ha-  
redem, quam si possibile. l. seruus. § qui margaritam. de leg. 1. Bart. in authen.  
hoc locum. C. si secun. nupt. nu. 11. 1. as. in l. manumissiones in fine. ff de iust. &  
iur. Ergo heres nullo modo tenetur supplere elemosinam pro celebratione talium  
missarum, sed soluere tantum dictas libras sexaginta, ne grauetur.

Hic non obstantibus contrariam sententiam veriorem esse de iure pluribus alijs,  
& melioribus fundamentis ostendam, scilicet, quod heres tenetur supplere ele-  
mosinam, ut dicta missa commode possint celebrari.

Primum igitur fundamentum considerari potest ex uerbis positis in principio legati,  
ubi testator ponit in obligatione heredem ad celebrari faciendum dictas missas  
& usque in perpetuum: ex quibus uerbis colligitur mens principalis, et deliberata uo-  
luntas ipsius testatoris, que erat ut heres esset obligatus ad celebrari faciendum  
dictas missas, & pro executione talis obligationis assignavit dictas libras sexa-  
ginta, cum dictiones, Teneantur, & Obligati sint, sine verba dispositiva, que  
obligant heredem, cum sint separata ab oratione, & non habeant dependentiam  
aliunde, stentq; perse, fuerintq; emanata principaliter propter si; Et alia uerba,  
Et eidem Cappellano lego, & iudico libras sexaginta &c. sine uerba demon-  
strativa executiva posita designationis causa, non autem taxationis, cum ha-  
beant dependentiam à dispositione, & obligatione, ut eisam ex copula, ET, colli-  
gitur, quo casu dicta uerba operantur, qd si dicta libra non sufficiat pro adim-  
plenda obligatione predicta, quod heres suppleat, ita colligitur ex pulchra do-  
ctrina Bart. ab omnibus scribentibus commendata in l. inter stipulatam. §. sacrā.  
nu. 5. & 6. de uerb. oblig. Borgn. in d. de tis. in d. uerb. verba in dubio, in 3. pre-  
misso, qui multos reffert, hinc pulchre Gig. in tract. de pens. quest. 6. ubi tra-  
ctat de pensio constituta super fructibus beneficij debeat minui illis diminutis &  
distinguit iuxta allegatam doctrinam Bart. & communem afferit, & ad mul-  
tos casus infert.

Secundum fundamentū colligi potest ex dictis uerbis. Teneantur, & Obligati sint:  
& ex alijs, ibi: Missam unam singulo die Dominico, & singulis diebus festis  
de precepto, & Missas tres singula hebdomada usq; in perpetuum, ultra dictā  
festam, & Dominicam, & ex alijs positis in fine dicti legati, ibi: Et volo, qd  
omnino

omnino dicti heredes mei praesens legatum adimpleant, & adimpleri faciant.  
omni remota exceptione: que geminatio dictorum uerborum declarat mentem.  
& expressam uoluntatem ipsius testatoris, que erat, ut Missa predicta celebrar-  
rentur. l. si stipulatus. & ibi gloss. ff. de usur. Ias. in l. i. nu. 21. de leg. i. Alex.  
in conf. 9 i. nu. 4. lib. 7. Et licet uideatur testatorem dixisse, uel assignasse. Etas  
libras sexaginta pro celebratione dictarum Missarum, nihilominus, si bene per-  
pendantur, & ponderentur predicta verba, videri potest, & aperte, qd testator  
vult, qd heres adimpleat, & suppleat elemosinā, casu quo dicta libra sexaginta  
non sufficiant, amoueatq; quodlibet impedimentum, ut praesens legatum adim-  
pleri possit, sc̄o magis, cum in eius facultate sit, aliter uerba essent superflua, quod  
esse non debent, immo debent intelligi, ut aliquid operentur. l. si quando, in prin. de  
leg. i. Alex. in conf. 21. nu. 3. lib. 5.

Tertium fundamentum deducitur, ex illa dictione, Omnipotens, ibi: Et volo, quod  
omnipotens legatum adimpleant, & adimpleri faciant: que dictio importat  
idem, quod omni casu, quasi testator dixisset, casu quo dicta libra sexaginta non  
sufficiant, volo, qd heres suppleat, ut dicta missa possint celebrari, ita Ias. in  
precibus. nu. 2. C. de imp. & al. subst. Alex. in conf. 13. nu. 7. lib. 2. nam dicta  
dictio, Omnipotens, importat idem, quod panitus, ut notat Alex. in d. conf. 13 nu.  
7. Ias. in l. 2. nu. 171. C. de iur. emphit. & dicta dictiones non recipiunt limita-  
tionem, sed habent naturam praeclaras, & sic in casu nostro mens deliberata te-  
statoris colligitur, qua est, ut in omni casu dicta missa celebrentur. Dec. in conf.  
140. col. 1.

Quartum fundamentum potest considerari circa illa verba, Et eidem Capellano  
lego, & iudico &c. nam verbum, Iudico, in casu nostro importat estimationem.  
l. hae dicta. §. his illud. C. de secun. nupi. ita Cicero pro M. Marcello, ibi,  
serui itaq; etiam in ijs iudicibus, qui multis post sculis de te indicabunt. &c.  
Albe. in suo dictionario, in ver. iudicare: ideoq; testator tempore, quo tale lega-  
tum condidit, iudicavit, ac estimauit, quod dicta libra sexaginta sufficerent pro  
celebratione talium missarum, prout sufficiabant, sed si testator eo tempore cogi-  
tasset, quod dicta libra sexaginta non sufficerent pro ratione adimplendo, le-  
gasset summam habilem, ac condecentem: propterea, cum testator ipse expressè  
non determinauerit dictam quantitatem, talis estimatio debet fieri de tempore  
in tempus, cum pretia rerum variantur, variato tempore. & loco. l. pretia  
rerum. §. nonnullam. ff. ad l. aquil. & sic verbum, Iudico, in casu nostro, attenta  
etiam qualitate uerborum in fine legati positorum, demonstrat uoluntatem  
testatoris ambiguam circa pretium, & predicta uerba in fine legati posita, men-  
tem deliberatam testatoris, ut dicta missa celebrentur, declarant, nam uerba  
notarij debet intelligi secundum iuris interpretationem, cum presumendum sit,  
quod notarius inscribendo apposuerit uerba importanta uoluntatem testatoris,  
Bart. in l. si quis filiabus. ff. de testam. tutel.

Quintum fundamentum deducitur ex largissima consideratione uerborum in dicto  
legato

legato positorum, quæ verba licet, si bene perpendantur, mentem claram, ac manifestam voluntatem testatoris ostendane ut supra dixi, tamen litteraliter accipiendo dicta verba, mentem testatoris ambiguam reddunt, quo casu recursum est ad exquirendam voluntatem testatorum ex coniecturis, & attendi debet id, quod uerisimilius est. c. inspicimus. dereg. iur. in 6. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. 1. Crauet. in cons. 186. nu. 9. Alex. in cons. 169. nu. 6. lib. 5. sed dubium non est, quod Missa sive magis uiles anima testatoris, quam elemosina. ergo uerisimilius uideatur, quod si testator cogitasset, quod dicta libra sexaginta pro celebratione talium missarum non sufficerent, reliquias elemosinam cōdecētēt. Hu pro constanti, & absolute stantibus, non obstant in contrarium allegata.

Etim primus non obstat illa ratio super qua Borgnini se fundavit, scilicet qd voluntas testatoris declarata debet omnino adimpleri, cum etiam à verbis testatoris non sit recedētū, ne remoueantur laici ad beneficiendum locis pijs, iuribus ibi allegatis: Quia respondeatur qd licet testator expresserit summam dict. librarum, nihilominus talis summa non fuit taxata à testatore, prout presupponit hares, sed fuit quadā demonstratio ab ipso facta pro executione legati, cum dicta verba fuerint posita demonstratiuē, non autem taxatiuē, ut supra dictum fuit, & idē non receditur à verbis ipsius, si hares supplet elemosinam, ut possint dicta missa celebrari, cum testator etiam usus sit verbo, Iudico, quod verbum operatur, quasi testator dixisset puto quod d. libra sexaginta sufficiant, quod si non sufficiunt, uolo quod hares suppleat, ut iam dictum est. Recederetur autem à voluntate declarata, & à verbis testatoris, si hares non suppleret dictā elemosinam, cum missa iuxta voluntatem deliberatam testatoris non possent celebrari. Praterea in casu nostro cessat ratio decisionis Borgnini, qua est ne remoueantur laici ad beneficiendum locis pijs, cum hares si locus pius, qui omnia pauperibus distribuit, & cessante causa decisionis, cessat etiam eius dispositio. l. cum ratio ff. de bon. damnat. l. illud. ff. ad l. aquilam.

Non obstat secunda ratio Borgnini, per nos secundo loco deducta, ubi habetur, qd illa uerba, Lego, & Iudico &c. sunt verba dispositiva taxativa, que operantur ut hares non teneatur ultra dictas libras soluere: Quia respondeatur quod dicta verba lego, & iudico libras sexaginta &c. sunt verba demonstrativa executiva posita pro executione principalis obligationis, nō autem dispositiva taxativa prout Borgn. allegat, cum dicta verba fuerint emanata propter principalem obligationem, & ab ea habeant dependentiam, ita Bar. in l. inter stipularem. §. sacram. nu. 5. & 6. de verb. oblig. Borgn. in d. decis. in 3. præmisso in prin. & ut dictum est in primo fundamento.

Non obstat tercua, & ultima ratio Borgnini, in qua, quando summa fuit expressa, sicut in casu nostro, hares non tenetur soluere nisi quantitatatem à testatore expressam, iuribus ibi allegatis: Quia respondeatur, quod dicta summa fuit expressa pro executione principalis obligationis, & demonstrationis causa, non autem taxationis, ut etiā ex verbo, Iudico, colligitur, Cum predicta verba, Et eidem

Cappellano

(10)

Cappellano &c. habeant dependentiam à principali obligatione, quo casu ha-  
res tenetur soluere de tempore in tempus elemosinam, iuxta mercedem Missarū  
in legato expressarum: secus autem si testator loquutus esset dispositiū, & ca-  
xatiū, ut notat Borgn. in d. 3. & 4. pramisso, quia eunchares tenetur soluere  
tantum quantitatem expressam, & ita debent intelligi Doctores per Borgniniū  
ibi allegatos: Præterea in casu Borgnini fuit expressa dicta quantitas, cum ua-  
lore monetarum, quo casu poterat oriri maior dubitatio, respectu uoluntatis te-  
statoris, qui taxauit dictam mercedem, quod in casu nostro non potest conside-  
rari, nisi quod testator expresserit dictam quantitatem ad demonstrandum  
executionem principalis obligationis.

Non obstat alia ratio pro corroboratione aliarum, deducta scilicet, quod quando  
verba sunt dubia, debent interpretari contra legatarium; Quia respondeatur  
primò, quod in casu nostro verba non sunt dubia, smo clara, & apertam men-  
tem testatoris demonstrant, suribus supra allegatis; præterea dato, quod effene  
dubia, tamen non militat illa ratio, qd presumitur testatorem uelle minus gra-  
uare heredem quam sit possibile, quia heres non grauatur, cum omnia amore  
Dei distribuet, & gratias sit Deo missa, quam elemosina, & ideo non militat  
eadem ratio, quo casu dispositio cessat. illud. ad l. aquilam.

Ex yis igitur apparet, pace, & reuerentia tanti viri, quam male dixerit Borgninus  
in dicta decisione.

Præterea aduentendum est, quod casus noster multum differt à casu Borgnini, nam  
in legato nostro, ultra ea quae fuerunt allegata, ad sunt multe clausula, ex quibus  
colligitur deliberata voluntas testatoris, nam in medio legati leguntur talia  
verba videlicet, Missam unam singulo die Dominico, & singulis diebus festi-  
uis de precepto, & missas tres singula hebbomada, usque in perpetuum, ultra  
d. festam, & Dominicam; & in fine ibi, & volo, quod omnino infrascripti ha-  
redes mei præsens legatum adimpleri faciant, omni remota exceptione, quæ clau-  
sula non fuerunt apposita in casu Borgni. Ulterius in casu nostro fuit institutus  
heres locus Pius, qui omnia Dei amore distribuit, ita qd non agitur de alicuius  
præuditio, sed anima testatoris defraudatur si dictæ missæ non celebrantur; secus  
autem in casu Borgnini, in quo fuerunt instituta heredes persona consanguineæ,  
& propterea fortasse voluntas testatoris alteratur, que consideratio nullo mo-  
do considerari potest in casu nostro. Dato etiā, quod casus Borgnini esset nostro  
similis, tamen in eo casu per Illust. D. Vicarium huius curia Archiepiscopalis  
contra eum fuit iudicatum.

Videant igitur Illustres, admodumq; Reu. viri huius amplissima Congregatio-  
nis, quam bona, & iusta sit petitio Reu. Curati Gorla Minoris, qui suo bono iure  
friesus, petit condemnare ll. Deputatos loci Py Misericordia ad supplendum  
elemosinam, ut prædictum legatum, iuxta voluntatem testatoris adimpleri  
possit, quod cum iustum sūt speratur. Lam Dic. ac Beata Virgini.